



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Pro Tvendo Sacro Coelibatv Axioma Catholicvm**

**Ceneau, Robert**

**Parisiis, 1545**

Pronunciatum septimum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30468**

gare. Hac via obturabuntur ora loquentiū iniqua. Et quē-  
admodum Aquilo dissipat nubes, ita huiusmodi considera-  
tio facile euertet linguam continentiaē detrahentem. Vt  
ergo natura impotens est naturalis eunuchus, ita ex perpe-  
tuo consensu euangelicus rei vxoria nullatenus operā da-  
re potest.

*Pronunciatum septimum.*

Conducturus ad opus aliquod peragendum obuios  
quosque mercenarios dominus, quam uolet conditionem  
(iusta modo ac honesta fuerit) proponere potest, quam qui  
propositam receperit, implere teneatur. Qua semel rece-  
pta, nullus est resiliendi locus. Alioqui auditurus est retra-  
ctarius tergiuersator: Nōne ocul<sup>9</sup> tuus nequā est, quia ego  
bonus sum? nōne possum facere quod uolo de rebus meis?  
Qui autem dixerit iniquam fuisse latam de cœlibatu con-  
ditionem: impingit in sponsum, eiusque im maculatam sp̄s  
fam ecclesiam, ut qui a usu temerario & impio dicat eccle-  
siam ita statuentem in fide errasse & moribus. Proinde eui-  
dentialis est, pro heretico haberi debet. Ut ater ille Melanchio,  
qui nomine reque niger est, quem tu Romane caueo. Id  
enim iubet qui ait, Hæreticum hominē post primā & secū-  
dam monitionem deuita.

*Aliud pronunciatum.*

Non in lege tantum gratiæ, imo uero & ante Christi  
aduentum, emerit certa aliqua professio uirorum, qui sibi  
quisque successoribus perpetui cœlibatus legem inderet,  
atque imponerent. Qui Iosepho oculato testi, Plinio uero  
aurito tantum Essæni dicti sunt. Verba Plinii referam lib.  
5. cap. 17. Ab Occidente littora Essæni fugitant vsque ad  
nocent, gens sola, & in toto orbe præter cæteras mira, sine  
vlla fœmina omni Venere abdicata, sine pecunia, sociis pa-  
marum. In diem ex æquo conuenarum turba renascitur,  
largè frequentantibus, quos uita fessos, ad mores eorum  
fortuna fluctus agitat. Ita per seculorum milia (incredibi-  
le dictu) gens æterna est, in qua nemo nascitur. Tam fructi-  
da illis aliorum uitæ pœnitentia est. Infra hos Engadda pro-  
pidum fuit, secundum ab Hierosolymis fertilitate, palme-  
torumque nemoribus: nunc alterum bustum. Inde Melita.